maledicit nomen di statim puniri debet. Ille uero qui nominauerit nomen dn̄i. hoc
est superfluo et in uanum nominauerit. sufficiat accipisse. Sed nos consequentiā
sermonis tali quodam sensu temptemus aperire. maius esse peccatū in quo maledi
cturus quam in quo nominatur dubitare non possumus. Restat ut ostendamus
multo esse grauius accipere peccatum. et habere secum quā morte multari. morsq;
poene causa infertur pro peccato purgatio est peccati ipsius. Pro quo iubetur
inferri. absoluitur ergo peccatum per poenam mortis nec superest aliquid qđ
pro hoc crimine iudicii dies et poena aeterni ignis inueniat. Ubi uero quis accipit
peccatum et habet et illud secum ac permanet cum ipso nec aliquo supplitio poena quedi
luitur transit cū ipso etiam post mortem. quia temporalia hic non persoluit ibi expen
dit aeterna supplitia. Uides ergo quanto grauius sit accipere peccatū quā morte
multari. hic enim mors pro uindicta datur et apud iustum iudicem dn̄m non iudicatur
bis in id ipsum sicut propheta dixit. Ubi autem non est soluta uindicta peccatum
manet illis aeternis ignibus extinguendum. Quia autem haec ita se habeant possum
tibi testes et diuinis uoluminibus adhibere ruben et iudam patriarchas loquen
tes ad patrem suum iacob cū uellent adsumere secum beniamin et ducere ad egyptū.
propter sponsiones quas cum ioseph fratre pepigerant. Ubi ergo ruben quidē
tradicit ad patrem. ambos filios meos occide nisi reduxero ad te beniamin. iudas
uero ait peccator ero in te nisi reduxero eum tibi. Iacob ergo pater ipsorum
sciens multo esse grauius quod promiserat iudas qui dixerat peccator ero in te ab eo
qui dixerat occide filios meos. Ruben quidem non credit filium tamquam qui leui
orem elegerit poenam. iudae uero tradidit sciens grauius esse quod elegerat.
Hoc ergo modo conuenienter aptauit scriptura diuina ei quidem qui maledixe
rit dm̄ ut peccatum sumat. ei uero qui leuius delinquit quod morte moriatur.
Uis autem et de euangeliis noscere. quod qui recipit in hac uita mala sua ibi iam
non recipiat. qui autem hic non recipit ibi seruentur ei omnia. Docet nos
exemplum lazari pauperis et illius diuitis ad quem dicitur in infernis. a patri
archa abraham memento fili. qm̄ tu recepisti bona tua in uita tua et lazarus simi
liter mala. nunc autem tu quidem cruciaris hic uero requiescit. Et colent homi
nes ignoranter iudicia dī que sunt abyssus multa conqueri aduersum dm̄.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0544